Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. II. Pars III.
Wien, 1802 Seite 2181
Quelle:
Copyright:

Christi librum hunc recte ligaui. Ludovicus Bloc. Ut *Codd.* supra citatis.

DCCCCXI.

C. 947 Codex membraneus lat. Sec. XV. Folior. 198. 8vo. bene scriptus, auro fulgido coloribusque distinctus, frontispiciis multis eleganti florum, animaliumque varietate decoratus, et XVIII. Iconibus sacris artificiose depictis conspicuus, olimque Parthenonis *Halensis* in *Tyroli Horarium* continet sequentibus partibus constans: Horis de S. Cruce, de S. Spiritu, Missa de B. *Maria*, Horis ejusdem, Psalmis de Poenitentia, Vigiliis Mortuorum, et Orationibus ad diversos Coelites. E *Calendario* praevio nihil eruas, nisi quod SS. *Eligii* et *Nicasii* nomina rubro exarata Provinciam *Remensem* indicare videntur. Neque obstant *Orationes* quaedam a *fol.* 181. lingua belgica inscriptae, puta: *Des morgens als du opstaes, segt. Alse du gaes wt dinen huyse* &c. olim enim etiam *Belgici* Episcopatus *Atrebatensis*, *Cameracensis*, *Tornacensis*, et *Tervannensis* ad eam Provinciam pertinebant. Insigne *Calendario* nitida pictura praefixum rubris aureisque fasciis alternis, scutello medio rubro aquilam auream unicipitem referente de Possessore primo *Codicis* pariter divinationem admittit. Subjectum nempe illi Lemma: *Souvenir Tue Bouton*, ad Familiam nomine *Bouton* deducit, cui ejusmodi Insigne fasciatum tribuitur tam in *Cl. Menestrierii Nouvelle Methode du Blason*, quam in *Vrai Supplément du Nobiliaire des Pays — Bas et de Bourgogne. A. Louvain.* 1774. p. 183. 8.

DCCCCXII.

Codex membraneus lat. Sec. XV. Folior. 246. 12. nitide perscriptus, omnique ornatu pictorio speciosus, quo pertinent XXI. Icones majores, et praecipue *fol.* 234. artificiosissima Christi Servatoris Πεοτομη, *Horarium* est sequentia complexum: Calendarium, in quo Sancti *Belgici* complures miniati, Horas de Cruce, de S. Spiritu, Missam de Beata, Initia IV. Evangeliorum, Horas de B. V. M. *secundum usum Rom.* etiam per Adventum, Psalmos de Poenitentia cum Litaniis SS. quos inter *Audomarus*, *Amandus*, *Vedastus*, *Leonaerdus*, *Ghildardus*, *Amelberga* &c. Vigilias Mortuorum, Precesque et Hymnos ad varios Coelites. H. 4

DCCCCXIII.

Codex membraneus lat. Sec. XV. Folior. nunc. 180. 12. eleganter exaratus, auro coloribusque varius, et Iconibus majoribus IV. decoratus *Horarium* est, praecedente Calendario, in quo miniati *Basilius*, *Eligius*, *Remigius* et *Bavo*, *Donatianus*, *Livinus* *Belgium* demonstrant. Sequuntur H. 5

Horae